SAMMELHANDSCHRIFT
Ende 14. / Mitte 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30328
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

ne dicant Euge euge nobis eius
ut non rapiant quasi leones animam
eius | Confundantur et reuerentur simul
qui gaudent malis meis
Confundantur et pudeant qui
magnificant super me | Exultent et letentur in te omnes
qui quaerunt te et dicant semper
magnificetur dominus qui diligunt salutare
tuum | Et lingua mea
meditabitur iustitiam tuam tota die laude
tua

Dixit iniustus ut delinquat
in semetipso non est timor dei ante oculos
eius quoniam diminuit se ut inueniat
iniquitatem eius et odio habeat
Verba oris eius iniquitas et dolus noluit
intelligere ut bene ageret
Iniquitatem meditatus est in
cubili suo | Et iniquum fecit
in illa nocte | Domine in caelo misericordia
tua et veritas tua
usque ad nubes | Iustitia tua
sicut montes dei
iudicia tua abyssus multa | Homines et iumenta saluabis domine
Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus | Filii
autem hominum in tegmine
alarum tarum sperabunt | Inebriabuntur
ubertate domus
tue et torrente
voluptatis tue potabis eos | Quoniam apud te est fons
vitae et in lumine tuo videbimus lumen | Pretende misericordiam tuam
scientibus te et iustitiam tuam
rectis corde | Non veniat mihi pes superbie
et manus peccatorum non moueat me | Ibi ceciderunt qui operantur